



## PROEMIUM.

**D**ignissimam omniq; re memorandam sententiam D. Paulus tulit, facta, quæ sacro fidelium cœtui iam misent, tristissima graphicè depingens, ac circumspetâ animi prudentiâ expectanda monens, dum inquit ἐγαγοεαζόμενος τὸν καιρὸν ὅτι ἀτημέγαι πονηγαι εἰσι Ephes. V. 16. Cujus saluberrimi moniti memoriam nos recte diligenterque conservamus, hac potissimum tempestate, qvâ Templa destruuntur, prostrata jacer pietas, filent Leges, musitant Musæ, dira execrationes singulis momontis audiuntur, pagi incenduntur, urbes & villa exuruntur, arva ab agricultis inculta deserantur, matrimonia violantur, virgines confuprantur, liberi orbani redduntur, nobilitas excinditur, plebs expilatur, æconomia dissipatur, securitas nulla negatur, extra, nego intra mœnia reperitur! Ut summus quondam Theologus suorum temporum calamitatem deplorat. Ingruunt certè prædicta à Christo tempora, qvibus συνοχὴ ēν αὐτοπίᾳ νοῆστι ψυχικis plarimorum corda tenet, maxime piorum, ita ut nisi Christos, rupes, sive petra illa salatis לְבָנִים fuisset, jamdudum periissent in afflictionibus suis. In hac petra dum confidunt, pro certo habent, portas inferorum adversus se se non prævalituras esse. In hac Petrâ secuti cum Bernardo serm. 61. in Cant. dixerunt: Quid non boni in Petrâ? In Petrâ exaltatus, in petra securus, in peera firmiter sta. Fremit mundus, premit corpus, Diabolus infidias, non cedo, fundatus enim sum super Petram firmam. Hanc Petram Ecclesia ex Matth. XVI, comm. 18. afflictis hisce temporibus in nostri informationem ac consolationem aliquantò penitus, adjuvante Domini Spíitu considerabimus; id qvod Exegerica, Problematica atq; Axiomatica, adeoque tribus Sezioniibus, ne fiat ανάκτως, absolvemus. sit itaque

A

SECTIO-